

Angeli, atque Archangeli, Chérubim quoque ac Séraphim: qui non cessant clamare quotidie, una voce dicentes:

Psalm 70. 16-17, 18

DÓMINE, memorabor justitiæ tuæ solus: Deus, docuisti me a juventute mea: et usque in senectam et senium, Deus, ne derelinquas me.

PURÍFICA, quæsumus, Dómine, mentes nostras benignus, et renova cælestibus sacramentis: ut consequenter et corporum præsens pariter, et futurum capiámus auxiliúm. Per Dóminum.

in praise of which Angels and Archangels, Cherubim also and Seraphim day and night exclaim, without end and with one voice saying:

COMMUNION

O Lord, I will be mindful of Thy justice alone: Thou hast taught me, O God, from my youth, and unto old age and grey hairs, O God, forsake me not.

POSTCOMMUNION

In Thy loving kindness, O Lord, purify our souls, we beseech Thee, and renew them by this heavenly sacrament, that in both the present and future, even our bodies therein may find relief. Through our Lord.

SUB TUUM

Ant.
VII

SUB tu-um præ-sí-di-um con-fúgimus sancta De-i
Under thy patronage we fly, O holy Mother

Génitrix: nostras depreca-ti-ó-nes ne despí-ci-as in ne-
of God: reject not the prayers we send up to thee

cessi-tá-tibus: sed a perícu-lis cunctis líbera nos sem-
in our necessities, but ever deliver us in time of peril,

per, Virgo glori-ó-sa et be- ne-dícta.
O Virgin glorious and blessed.

MATERNAL HEART of MARY

Traditional Latin Mass Chaplaincy, Lewisham

PROPER of the MASS

SIXTEENTH SUNDAY AFTER PENTECOST

Psalm 85. 3, 5 INTROIT

MISERERE mihi, Dómine, quóniam ad te clamávi tota die: quia tu, Dómine, suavis ac mitis es, et copiosus in misericórdia ómnibus invocántibus te. *Ps. 85. 1.* Inclína, Dómine, aurem tuam mihi, et exáudi me: quóniam inops et pauper sum ego. V. Gloria Patri.

Have mercy on me, O Lord, for I have cried to Thee all the day; for Thou, O Lord, art sweet and mild and plenteous in mercy to all that call upon Thee. *Ps.* Incline Thy ear to me, O Lord, and hear me; for I am needy and poor. V. Glory be to the Father.

COLLECT

TUA nos, quæsumus, Dómine, grátia semper et præveniát et sequátur: ac bonis opéribus júgiter præstet esse inténtos. Per Dóminum.

O Lord, we pray Thee that Thy grace may always precede and follow us, and make us continually intent upon all good works. Through our Lord.

Ephesians 3. 13-21

FRATRES: Obsecro vos, ne deficiátis in tribulatióibus meis pro vobis: quæ est glória vestra. Hujus rei grátia flecto gènuá mea ad Patrem Dómini nostri Jesu Christi, ex quo omnis patérnitas in cælis et in terra nominátur, ut det vobis secúndum divítias glóriæ suæ, virtúte corroborári per Spíritum ejus in interiorem hóminem, Christum habitare per fidem in córdibus vestris: in caritate radicáti et fundáti, ut possitis comprehendere cum ómnibus sanctis, quæ sit latitúdo, et longitúdo, et sublímitas et profúndum: scire étiam supereminéntem sciéntiæ caritátem Christi, ut impleámini in omnem plenitúdinem Dei. Ei autem, qui potens est ómnia fácere superabundánter quam pétimus, aut intelligimus, secúndum virtútem quæ

EPISTLE

Brethren: I pray you not to faint at my tribulations for you, which are your glory. For this cause I bow my knees to the Father of our Lord Jesus Christ, of whom all paternity in heaven and earth is named, that He would grant you, according to the riches of His glory, to be strengthened by His Spirit with might unto the inward man. That Christ may dwell by faith in your hearts; that being rooted and founded in charity, you may be able to comprehend with all the saints, what is the breadth and length, and height, and depth. To know also the charity of Christ, which surpasseth all knowledge; that you may be filled unto all the fullness of God. Now to Him who is able to do all things more abundantly than we desire or understand, according to the power that worketh in us: to Him be

operátur in nobis: ipsi glória in Ecclésia et in Christo Jesu, in omnes generatiónes sǎculi saeculórum. Amen.

Psalm 101. 16-17

TIMÉBUNT gentes nomen tuum, Dómine, et omnes reges terræ glóriam tuam. V. Quóniam ædificávit Dóminus Sion, et vidébitur in majestáte sua.

glory in the Church, and in Christ Jesus, unto all generations, world without end. Amen.

GRADUAL

The Gentiles shall fear Thy name, O Lord, and all the kings of the earth Thy glory. V. For the Lord hath built up Sion, and He shall be seen in His majesty.

Psalm 97. 1 ALLELUIA



ALLELÚIA, allelúia. V. Cántate Dómino cánticum novum: quia mirabilia fecit Dóminus. Allelúia.

Alleluia, alleluia. V. Sing ye to the Lord a new canticle, because the Lord hath done wonderful things. Alleluia.

Luke 14. 1-11

IN illo témpore: Cum intráret Jesus in domum cujúsdam príncipis pharisæórum sábbato manducáre panem, et ipsi observábant eum. Et ecce homo quidam hydrópicus erat ante illum. Et respóndens Jesus, dixit ad legisperitos et pharisæos, dicens: Si licet sábbato curáre? At illi tacuérunt. Ipse vero apprehensum sanávit eum, ac dimísit. Et respóndens ad illos, dixit: Cujus vestrum ásinus aut bos in púteum cadet, et non continuo éxtrahet illum die sábbati? Et non póterant ad hæc respondére illi. Dicébat autem et ad invitátos parábolam, inténdens quómodo primos accúbitus elígerent, dicens ad illos: Cum invitátus fúeris ad núptias, non discumbas in primo loco, ne forte honorátior te sit invitátus ab illo, et véniens is, qui te, et illum vocávit, dicat tibi: Da huic locum: et tunc incípias cum rubóre novíssimum locum tenere. Sed cum vocátus fúeris, vade, recúmbe in novíssimo loco: ut, cum vénerit qui te invitávit,

GOSPEL

At that time, when Jesus went into the house of one of the chief of the Pharisees on the Sabbath day to eat bread, they watched Him. And behold, there was a certain man before Him that had dropsy: and Jesus answering, spoke to the lawyers and Pharisees, saying: Is it lawful to heal on the Sabbath day? But they held their peace: but He taking him, healed him, and sent him away. And answering them, He said: Which of you shall have an ass or an ox fall into a pit, and will not immediately draw him out on the Sabbath day? And they could not answer Him these things. And He spoke a parable also to them that were invited, marking how they chose the first seats at the table, saying to them: When thou art invited to a wedding, sit not down in the first place, lest perhaps one more honourable than thou be invited by him; and he that invited thee and him, come and say to thee: Give this man place; and then, thou begin with shame to take the lowest place. But when thou art invited, go, sit down in the lowest place: that when he who invited thee cometh, he may



dicat tibi: Amice, ascénde supérius. Tunc erit tibi glória coram simul discumbéntibus: quia omnis, qui se exáltat, humiliábitur: et qui se humiliat, exaltábitur.

say to thee: Friend, go up higher: then shalt thou have glory before them that sit at table with thee: because every one that exalteth himself shall be humbled, and he that humbleth himself shall be exalted.

Psalm 39. 14-15

OFFERTORY

DÓMINE, in auxiliúm meum respice: confundántur et reveréantur qui quærunt ánimam meam, ut áuferant eam: Dómine, in auxiliúm meum respice.

Look down, O Lord, to help me; let them be confounded and ashamed that seek after my soul to take it away; look down, O Lord, to help me.

SECRET

MUNDA nos, quæsumus, Domine, sacrificií præsentis effectú: et pèrfice miserátus in nobis: ut ejus mereámur esse partícipes. Per Dominum.

Cleanse our hearts, we beseech Thee, O Lord, through the effects of this sacrifice: and in Thy mercy make us worthy to partake thereof. Through our Lord.

PREFACE OF THE MOST HOLY TRINITY

VERE dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubique grátias ágere, Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus: Qui cum unigénito Filio tuo, et Spíritu Sancto, unus es Deus, unus es Dóminus: non in unius singularitáte persónæ, sed in unius Trinitáte substantiæ. Quod enim de tua glória, revelánte te, crédimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spíritu Sancto, sine diferéntia discretiónis sentímus. Ut in confessióne veræ, sempiternæque Deitátis, et in persónis proprietas et in esséntia únitas, et in majestáte adorétur æqualitas. Quam laudant

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times, and in all places, give thanks to Thee, holy Lord, Father almighty, eternal God: Who, together with Thine only-begotten Son and the Holy Ghost, art one God, one Lord: not in the Oneness of a single Person, but in the Trinity of one substance. For what by Thy revelation we believe of Thy glory, the same do we believe of Thy Son, the same of the Holy Ghost, without difference or separation; so that in confessing the true and eternal Godhead, in It we should adore distinction in persons, unity in Essence, and equality in Majesty: